

cerfiverant & Georgianæ sacerdotes de con-
 filio Crucigeri & Myconii è pago Holz-
 hufio Doctorem, qui in templo Vestali-
 um virginum præconium doctrinæ coele-
 ftis faciebat. Hunc & alios presbyteros
 ædiumquè sacrarum ministros subjecerunt
 lecto Antiftiti, Curionem videlicet ad
 D. Thomam, & Diaconos duos, Mufi-
 cum Organicum, Æditinum & nolæ cu-
 ratorem: Ad D. Nicolaum duos à concio-
 nibus facris, Aulædum organicum, Ædi-
 tum & Custodem: ad D. Jacobum ante
 portam Rhanenfem delubri illius flami-
 nem, Lyturgum & Hierodulum: ad D. Jo-
 hannis ante portam Grimanam, Diaconum.
 Ludis quoque literariis Magiftri de religio-
 ne rectè fentientes præpofiti: Scholæ Tho-
 manæ Pædagogus, & Hypodidascoli tres:
 Nicolaitanæ Ludimagifter & Pædotritæ
 duo. Honeftæ etiam fœminæ commiffum
 fuit, ut ludum puellarem aperiret, teneram-
 q; ætatem mores conformando ad pietatem
 & verecundiam, & ad omne officii virgina-
 lis munus intrueret, pariterquè literarum
 elementa doceret. Omnibus his ftipendium
 de publico ftatutum, atq; ratio fuit inita, un-
 de in eos fumtus pecunia erogaretur. Con-